

tem in dominum et protectorem elegit. Sed proci pudor!
 hi, qui debuerant ei esse in adiutorium, illi in contrarium
 laborabant, magis faventes inimicis quam domino suo. Prop-
 ter quas causas gravitatibus succedentibus, hoc considerans in
 fine eius, diem clausit extremum anno et die quo supra. Non
 tamen finem vite sue per intercessores pios spirituales et ami-
 cos seculares concordavit cum civitate Coloniensi, cum qua civi-
 tate multis annis steterat in appellatione in curia romana
 pro libertate et iure ecclesie. Et post concordiam illam processionali-
 ter cum crucibus et vexillis a spiritualibus et secularibus in-
 troductus est civitatem Coloniensem cum gaudio et leticia om-
 nium. Super etiam in vita sua erexit et edificavit expensis
 suis solemne monasterium fratrum minorum de observancia
 circa castrum Bruele, quibus etiam, quando ibidem presens fuit,
 semper necessaria providit, et cum eis in rectorio eorum cohabitavit.
 Multa etiam alia monasteria, precipue monialium, refor-
 mavit.

Philippus secundus de Lapide.

Sexagesimus quintus in ordine successit in pontificatu ecclesie Coloni-
 ensis, sedens sub imperatore Maximiliano annis octo, venerande
 memorie dignus presul Philippus ^{II} 2. Hic de domo nobilium
 de Lapide oriundus, decanus cathedralis ecclesie, videlicet sancti
 Petri in Colonia, et prepositus ecclesie Argentinensis prius extitit,
 et magister fabricę ecclesie sancti Petri. In quo officio satis
 diligens et sollicitus fuit, erigendo nova edificia et reparanda diruta.